

DE ROMA  
NORVM IN RHETIA  
LITTORALI STATIONIBVS, AC  
exijs vicorum, municipiorum, & uila-  
larum, qui hodie supersunt  
Originibus:

IOANNIS HEROLD HOCHSTA-  
tensis Commentariolus.

B A S I L E A E ▶  
ANNO, M, D, LV.

LOCORVM QVORVM ORIGINES  
explicantur, & noua & uetus no-  
menclatura.

Nunc	Olim.
Langingen.	Leg. Aug. III. Præ-
Prenz	Baiennæ (sidium
Senningen	Baiennæ præsidium
Gundelfingen	Statio amica Baiē.
Tillingen	Gentiliū Cat. in Lit.
Weyssenhorn	Vena. xman. agror.
Sayngen	Baiennæ specula
Liesheim	Leg. III. Statio. V.
Wittelsingen	Vitalior. prædia
Altenstat	Cont. Naut. in Lit.
Hobstat.	Littorale præsidium
Weed	Confl. Brenitiæ
Günzberg	Guntien, transitus.

Univ. Bibl.  
München

IOANNES HEROLD  
CVRIONIBVS, DECVRIONIBVS AC  
Municipibus Hochstaren-  
sibus S.



*I* uel uitam omnem, causa Reip uestrae  
Patres Optimi effunderem, quam quod  
eam à patria dulcissima atque cõmuni  
acceptã, tandem reddidisse uobis, for-  
tè tanquam nomen non omninò malum  
alia re uerò nullã, cõmendari posse. Si gēti Palatine ue-  
re Frãcorū ppagini PFP. NNN. VII viro sem sanctissi-  
mo FRIDENRYCHO, AETHONI HOHVN  
DRYCHO bono, VVOLVFFANG Opio, inge-  
nij mei facultates (quãtulæcunq; sunt) obstrinxerim, quã  
aceruū beneficiorū ingentē consumpserim, granū mini-  
mū & id uitiosum referre, reputabor. Ingratus tamen, ne  
me ipso iudice cadã, cū iam Diuina eius stirpis successio-  
nes absoluerim, aliud opus aggressus, quæ per omnē Eu-  
ropam ac alias orbis plagas, amorum mille spacio forti-  
ter fecit, enumerare conor. Origines autem Efflorescenti-  
tis Germaniæ rimabor penitius. Hæc demum mihi cau-  
sa fuit, ut uos hoc Commentariolo, ac uestri nominis in-  
scriptione, uobiscum unã certificarem, Viciniam illam  
uestrã, de qua in eo agitur quoq; quantum cupiã meam  
illam historiam ornamentis uestris expolitã, quã hanc  
A 2 meam

## EPISTOLA

meā uoluntatē, probari uobis intelligā, cū de rebus in fine libelli signatis p̄ GEORGIVM LAETVM uirū elegātissimi iudicij, & alios doctos homines, certior à uobis omnibus factus fuero. Quod eiusmodi erit, ut beneficentiae & liberalitatis uestrae, cumulum rebus meis ingentem, accessisse mihi persuadeam: uobis etiam Patres Optimi, cum omnia mea debeam, & id quod non possum, ut debere me uelim, efficiet

Valete.

Roma.

ROMANAE SIVE  
PALATINAE LEG. III. ITALICAE  
appellatae, ac Auxiliaris Comitatus, quam Augusteana  
uocabant, Statina ubi olim fuerint, quique ex ijs uici, quae  
municipia uel uillae reliquae in Rhetia lit-  
torali extant.

PRAEFATIO.



VI de Repub, Romanorum, iam in Orientale ac Occidentale Imperium diuisa, scripserunt, ij apertè ostendunt, orbis illas partes, quas florente Imperio Prouintias appellabāt, inclināte eo, Limitū uocabulo has interstinxisse. Ad limites uerò, Imperatores perpetuò exercitus alebant, ut defenderent, quae bello occupata erant. Interdum autem contingebat quòd ab hoste propiniori profligati Romani, limites amitterentur, aut maiori tui ingruente denudarentur, quos ut restituerēt, Principes succedentes magnoperè laborabant. Sexta igitur fuit limitis Rhetici restitutio à Valentiniano & Gratiano F. AVGG. contra

A 3 Sueuos

DE STAT. LEG. III.

Suevos tentata, clarisq; triūphis obtenta.  
Hanc cum Marianus suis muneribus or-  
dinibusq; probè depingat, ex illius scri-  
ptis, quæ pertinere ad eas res, quas nosse  
percipio, pauca attingā, ab ipsius Limi-  
tis uestigijs initium sumens.

*Lauginge municipij monumenta, ac eius ori-  
genes. Cap. 1.*

**C**ERTVM est Prefectum pretorio Ita-  
liæ inter alias prouincias, Rhetias du-  
as disposuisse, unde erat, quod Proconsul  
Rhetiarū illi parebat: qui et dux militaris  
aut Limitaneus dicebat: nostri *Ward-  
graues* appellant. Huic ordines legio-  
nis .III. Italicæ Palatinæ, Legionis Au-  
gustæ Comitatenſis, Leg. I. Pseudoco-  
mitatenſis, auxiliariæ ambæ, à Magistro  
praesentialium peditum submittebantur.  
Pseudocomitatensium mentionem se-  
quens inscriptio facit:

DE MERCVRIO SIGN.

EX VOTO, IVLIVS GALLICVS

ET AVR. SIBVLLA. P. L. I.

Sic colligi posse suspicor, ab isto Iulio  
Gallico Pseudocomitatensi Leg. I. Mili-  
te,

IN RHET. LIT. COM.

te, Mercurij illud signum positum fuisse,  
quod à Laugingen translatum, in ædibus  
Peutingeri Augustæ uidetur. Illa uerò  
inscriptio, quæ cum signo in eisdem ædi-  
bus seruatut:

MERCVRIO

CVIVS SEDES A TERGO SVNT.

APIVS CL. LATERANVS

XV VIR SACR. FAC.

COS. DESIGN.

LEG. AVG. PR PR

LEG. III. ITAL.

V S. L. M.

Hæc inquam anno à nato Christo c.c. po-  
sita, subindicat florentibus Romanorum  
rebus, Legionem Augustæam Comita-  
tensem auxiliariam, praesidiū eò loci con-  
didisse (ubi puer olim inter Laugingen  
& Gundelfingen si rectè memini, qua-  
drato lapide, ingentis ædificij rudera me  
uidisse puto) ac ipsum praefectum Legi-  
onis ibidem confedisse. Accedit Primi-  
pili monumentū, quod apud Laugingam  
extare audio, cuius uerba adhuc leguntur  
in hunc modum:

4 A Dei

DE STAT. LEG. III.  
DEI APOLLINIS GRANNI  
REL.

P.P.

DIONYSIVS LEG. AVG.

PR.P.

AD KAL. IUNIAS.

Primipilum uerò tanquã caput legionis, Præfecto præsidij cohabitasse, quid credere uetat? Igitur si is quoq; Apollini religionis ergò, uel signum uel aliquid tale hoc in loco posuerat, mirandum non est: quòd in Baienibus forsàn enutritus, què Legio III Palatina colebat Deum, Comitatis eundem reuereretur. At de Baienibus postea. Inclinate deinde Imperio, cum ob loci opportunitatem, sedes præsidij Augustæ legionis, ad littus Danubij transferrentur, ex illa ipsa descriptione LEG AVG. quæ in marmore absq; distinctione legebatur, Municipio nomen inditum fuisse, mihi pro certo persuadeo, quod à uulgo, cum ob asperitatem sonum difficulter proferreretur, elisis duabus intermedijs literis L AVG. retinuerunt incolæ, patriamq; illam uernaculam terminat.

IN RHET. LIT. COM.

nationem, ut in alijs, Jngent adiecerunt. Sic ex legionis Augustæ Auxiliaris præsidio, *Langingen* habemus.

Hic obiter mihi occurrit, fermè loca illa omnia, quæ in *Jngent* terminari scimus, Romanorũ exercitibus olim infessa fuisse: ut fermè crediderim ex illa syllabà LEG, nostris *Ling* factum: ac ita AV LINGEN primò, deinde transposita litera LAV GIN GEN pronunciatum esse.

*Ad Prenzium annum ex pagum Leg. III. Italicæ Stationem. IIII. fuisse. Cap. 2.*

**B**AIENIBVS siue Faienibus (uno namq; interdum hæ duæ atq; eodè sono proferuntur literæ) stationem illam quartam Legionis. III. Italicæ, confedisse, notũ est ex Mariani codice, cuius nomenclatura deprauata, Fortibus habet. idq; hæc inscriptio aperte testari uidetur.

IND. M. H. APOLLINI GRANNO  
BAIENIBVS, VICTOR, ET BAIENIVS,  
VICTORINVS, FILII EIVS. EX IVS-  
SV SIGNVM CVM BASE.

Ex his siquidè elicitur, Legionẽ illam

A 5 cum

DE STAT. LEG. III.

cum ex Gallijs in Rhetiam traduceretur, eo in ipso loco, quo in hodiernum diem, eius tēpli reliquiæ uisuntur, prima signa firmasse, quæ Baiennius ille præferbat. Cum uerò tabernaculum in quo Aquilæ recondebantur, asyli instar ab omnibus coleretur, legionarij quoq̃, qui ad defendendos limites sese deputatos scirēt, diuturnioremq̃ moram intelligerent, politis iam statuis, ne belli tempore, cum signa in aciem proferenda essent, locus ille primitus bono augurio captatus, prophannaretur, imò ut maior quædā religio accederet, Baiennio, ut Apollini signū ibidem ponat, iniungunt: ipsis statuis, Primipili Baienni benemeriti, appellationē indunt: sic Faienibus siue Baienibus nomen creuit. De Apolline uerò Granno, Granio, Carno aut Carnio disputare huius loci non est: certè huic festa agebantur Sparta, quæ militaris uitæ imaginem præ se ferebant, unde etiā modulos Carnios legimus. At Romani semper eò spectabant, ut castra ipsorum fluentis alluerentur: ostendam igitur Baiennas ad amnem

IN RHET. LIT. COM.

nem Prentiū positas fuisse, quod quidem ex hac inscriptione probè conuincam.

PRENTIUS A. VE. III. LEG.

CIVES BRIVINES

VIXIT ANNIS LXX

MONIMENTVM FECIT.

Principes milites constat eosdem fuisse, qui cum Primipili uocabantur, inter Prætorianos deinde legebantur etiā ueterani, fieri ergo facile potuit, ut inclinante imperio, Aulus hic, ueteranus, ac in statu is supremus esset, quē uocāt, Aquilifer. ideo etiā Princeps appellabatur: sed corrupto uocabulo Prinz aut Prenz dictus, quo uel hodie utimur. Claret enim Barbarie totam hanc inscriptionem deprauatam esse, nec inflexionibus aut constructionib. suis inniti. Aut, Prentius ciuis fecit, aut, Prentio ciues fecerunt, dicas oportet. Versus tertio colo positus, stare potest: sed dicam, quod forsan non sinistrè intelligo. Imminuto Imperio, quantum lingua Romana exfolescebat, tantum etiā militaris ille fastus euanescere coepit. Aulus igitur ille forsan uir princeps prouin-

DE STAT. LEG. III.

provincialibus & colonis tunc præfuit, quem ex uita decedentem, ad ripam amnis, iuxta statiuam (ciues Baiennes, qui corruptè hîc Briuines uocâtur) tumularunt, elogiocq; decorarunt patronum benemeritum, ex quo innominato antea anni, appellatio Prentij accessit, æterna optimi uiri memoria. Sic ad uicum, pagû & amnem Prenziûm qui adhuc extant, Baiennæ statiuam, id est Præfecti quarti Legionis III. Italicæ castra constituisse claret, quod etiam templi uetustissimi, miranda & elegantia, operis celebris structura, testatur. adfirmant idem lapides abinde Laugingen translati: item munimenta aucta, quæ Augustæ in Monasterio prædicatorum, in ædibus Peutingeri uisuntur,

*Prætorium stationis Baiennæ, ad uicum Fennigen extitisse. Cap. 3.*

**I**AM Faiennigen, uel ut nunc profertur, Fenningē uicum, nomenclaturæ huic propius accedere, aliquis obijciat. additis enim terminalibus duabus syllabis Ingen ut ipsa primitiua uox uel deprauetur uel detorqueatur, opus non habet, ipsam licet,

IN RHET. LIT. COM.

cet, per diphthongū uel per diæresin pronuncies, Fæn aut Faiēn dicas, Faiēnigen siue Fænningen habebis. Astipulat huic nostræ opinioni inscriptio, quæ ut audio ibidem habetur:

APOLLINI CRANNIO

SABINVS PROVINTIALIS

L. D. S.

Nihil dubito, Comitibus uocabulū temporis longitudine ex hoc lapide deletum esse, est autē Comes provincialis Latinis, qui nobis Landgrauē dicitur, quemadmodum igitur Dux limitis, de quo nobis sermo fuit, rei militari atq; defensionis limitū incumberebat, sic Comes iuri dicundo. Legio integra Duci parebat, certus numerus legionariorum militum Reip. Romanæ expensis, in seruiebat Comitibus: qui quidem munia belli non subibat, at milites ne possessoribus uolentia aliqua molesti essent, præcauebat: excipiebat quoq; quærelas, quæ sub nomine Stationarij magistratus, hinc inde ex castris, ad eum deferebantur: tantæ quoq; is ordo authoritatis erat, ut ad Palatina officia nonnun-

nonnunquam ex eo sublegerentur, imò ad Consulatum, ad Imperiũ usq; prouerherentur nonnulli. Librarius fuit, id est scriba Cameræ sacre, Iulius Amãdus, qui etiã Consulatũ gessit, anno à nato Christo. CCC. XXVII. Vestibus sacris earũq; spoliatoris titulo, distributioni præfuit Iulius Victor. Ianuarius & Iustus fratres, c. Iuliani Iulij F. Amandi ex fratre Nepotes Cõsulatũ iniere, año Christi cccxxx. Pater autem Opilij Macrini COS. fuit anno Christi CLVII. cum ipse ad Imperium postea suffectus sit. Horũ uerò omnium elogia Augustæ ad Prædicatores, ad D. Vdalrici, ad Peutingeri eides, ex Fenningen translata uidemus.

## PERPETVAE SECVRITATI.

C. IULIANVS IVLIVS DEC. MVN. III. VIRALIS, SIBI ET SECVNDAE PRENTIAE CONIVGI CHARISSIMAE ERGA SE DILIGENTISSIMAE FOEMINAE RARISSIMAE SINGVLARIS EXEMPLI PVDICITIAE QVAE VIXIT ANNOS XXXXV. MENS. VII. DIES. XXI. ET IULIANIUS, IVLIO, IANUARIO IVCVNDO ET IVSTO. FILIUS  
VIVIS, VIVOS FECIT.

## IN RHET. LIT. COM.

D. M.

IVL. VICTOR.

IVL. AMANDO MIL. SPOLIATORI  
LEG. III. ITAL. LIB. QVONDAM VEST.  
BRARI COS. VIXIT TESTAMENT. EIVS  
ANNIS XXX. IVLIA IVL. CLEMENS  
PATERNA MATER AQVILIFER LEG. III.  
FECIT SIBI ET FILIO ITAL. FRATER EIVS  
PIENTIS. VIVA EX F F  
PECVNIA SVA FECIT. D. D.  
IVLIO MACRINO QVONDAM VETERAN  
MIL. EX. BI. COS. CONIVGI CARISSIMO  
SECVNDA SERVATA ET SIBI ET IVLII  
ET ALPINO ET ALPINAЕ FILIIS BENE  
VALENTIBVS. F. C.

Hos igitur in Baiennæ Prætorio honoratos extitisse, quæ recitauimus satis testantur. Quia uerò inter arma (ut ille ait) leges silent, Prætorium id præsidio propius, atq; castris remotius extitisse, ipsius uici Fenningen situs explicat. Cæterum memini me puero, de nescio quibus subterraneis ædificijs, sermonẽ fuisse multũ, quæ thesauris repleta essent: temerarios atq; auaros quosdã homines, æris eruendi causa, specus illos horredos perrepsisse.  
Naua-



DE STAT. LEG. III.

*Naualia siue stationem annicam fuisse Legioni Ital. III. ubi hodie undelzingan oppidum.*

*Caput 4.*

**H**ANCAUTĒ Legionis stationem, trās-  
Huectioni specierū deputatā fuisse,  
cum Marianus apertē fateatur, ipsa uerō  
statiua, ad X M. P. à Danubio remota ex-  
tarent, præsidium in tumulo, prætorium  
in ualle non admodū propinquo: uiden-  
dum erit, cōmodē ea quæ aduehebantur,  
quomodo in castra perferri potuerint, aut  
inde trāsuehi quæ exportabant? Scimus  
ea loca quæ ad riuorum aut fluminū exi-  
tus quibus se exonerant, ædificata sunt,  
Germanicæ *Gmünd* uocari, quoniam  
uerō Præzius annis, iuxta oppidū *Gun-*  
*delsingen* in Danubiū egredit̄, tractūq̄  
illum omnem in Baiennæ sedibus, legio-  
nis collocatæ Stationes occupassent, faci-  
le fieri potuit, ut ab incolis elisa M litera  
*G V N D F A I E N N I N G E N* Confluētes illi  
dicerentur, subsequētib; autem seculis  
interiecta L litera, delicatiori sono *Gun-*  
*delfenningen*, paulō post, *Gundelsingē*  
pronunciari cœpta sit *Statio* illa annica.

A V X I

IN RHET. LIT. COM.

*Auxilia Gentiliū Leg. III. Ital. Tilligenſi municipio nomen dedisse. Cap. 5.*

**R**Omanos etſi ſero tamen legionibus  
ſuis adiunxiſſe cōſtat, auxilia illa ex  
terna, quæ Gentiles cateruæ uocitabant;  
ſeligebantur enim ex Prouintialibus, qui  
cum Romanis militibus diutius meruiſ-  
ſent ac promptitudinis & fidei oſtende-  
rant experimenta, Eos deinde in ſtatiua,  
aut alia in loca collocabant, ubi pericula  
non adeo frequentia ingruerant, iſs quoq̄  
ita in medio legionū conſtitutis, machi-  
nari aut moliri noui aliquid non licebat,  
etiãſi ratione aliqua ſidem eos mutare  
contingeret, Harum itaque Cateruarum  
unam, cum ſuo Tribuno, ad littus Danu-  
bij collocatum inuenio, ad illud nempe,  
quod hodierno die à Dillingen, uſq̄ ad  
fluuij illius flexum extenditur, ac etiam  
num *An der Leyte* uocatur. quod au-  
tem Marianus codex Teriolis habet, nō  
caret mendo, emendetur itaq̄, ſ in T mu-  
tata, adiecta deinde N litera, inc̄p̄ ſuū or-  
dinem quæ tranſpoſitæ erāt collocatis re-  
liquis, proculdubio genuina uox appare-

B bit,

bit, ac IN LITTORE leges. Sedem igitur sibi Tribunus Gentilium eo in littore fixit atq; delegit ad IIM.P. à præsidio LEG. AVG. inferiorem. Verumenimvero cum inter alia multa etiam illud Tribuni sit officium, ut in Campicursione, quam uocant, alijsq; exercitijs milites suos instruat, sine dubio situm huius loci, ad scholam Gentilium instruendam, optatissimum suo muneri perspexit. Militari igitur opere, excisa altiore ripa & suffossionibus complanata, aditum, perfecit, qui ad crepidinē arcis hodie uisitur, atq; in planitiē eam, campiq; spatium exit, quod oppidum & fluuium interfacet. Milites deinde ludicra decursione, in foro illo pratorio defatigatos, fluuius, quia quam in superioribus locis placidior influit, natate uolentes, benigniter excipiebat. Erat autem natus, apud Romanos haud inrer illiberales artes deputatus, imò ingenuis & militibus necessarium exercitium habebatur atq; peculiare. Monumenta autem, præter uetustatem arcis, quod nulla alia, quantum quidem ego sciam, hic extant, mirum uideri haud

haud debet: quum aut omninò nulli, aut certe perpauci horum militum Romana lingua uterentur, quicq; ea locuti sint, deprauatissimè eum pronunciarint: quo etiam id factum putem, ut priori syllaba GEN abiecta, TILIVM aliquandiu statua illa dicta, quoad nostratum more, mutata V in N abiecta M, & supposita terminali uoce GEN, tandem TILINGEN uocari coepta sint statua illa littoralia.

*Stipendiaria cohortem Leg. Ital. III. oppido Vuessehorn nomen dedisse. Cap. 6.*

**E**Rant præterea Cohortes, quarum Opera Romani uti auxiliariarum utebantur. Ea stipendio Romano militabant. has inter nominatissima fuit Rhetorum quæ à L. Valerio Prisco Sexto, præfecto suo cognomen traxerat, qui cum sepultura publica decoratus fuisset, tale habuit elogium quod Patauij legitur.

L. VALERIO PRISCO VI. EMENSI  
PRAEF. MIL. COH. DVATERTIAE.  
ET SECVNDAE EQVITATVM TRIB.  
LEG. X. FRETENSIO. PRAEFECTVS

DE STAT. LEG. III.

FLAVIANAE PRAEF. FAB. LOR.  
SEPULTVR DD. PVBLICE  
DATVS.

Vocula una quantum ad nostrum argumentum pertinet, legitur inter alias, errore puto artificis, deprauata, pro causaria etenim ipsius Missione Emensi habet: altera legitur satis nouata, cum pro Sextæ, Duatertiæ positum sit. Sextæ autem Rhetorum cohortis aliud Moguntia exemplar extat tale.

ATTIO LANI F. MONTANVS  
ANNORVM XLV. MIL. COR.  
RAITORVM. STIP. XIX.  
H. S. E.

Hanc igitur cohortem cum suo Tribuno Marianus docet, Venaxo modo cōfedis, quo hodie in loco *Weyssenhout* extat, Maiores etenim nostri, cū Romanorum literis uti iam cōpissent V, sono Græce illius literæ β proferebant: quem nostrū illud VV pulchrè efflare uidetur. VENAXA MUOCĒ non intelligebāt, quid autem ODORO sibi uellet, diuinare quidem nunquam potuere, quapropter pro

VENA-

IN RHET. LIT. COM.

VENAXAM, *Weyssert* ac pro ODORO, sermone blandiori *Doni* prolatus est, uel quod mihi magis arridet, Latinam aliquā eamq̄ optimè distinctam inscriptionem inuenerunt, quam in Mariano Codice miserè deprauatā legimus. Emendari autem ita eam posse nō dubito, si scribatur.

VENA. XMAN. AGROR.

Tractum enim illum omnem, inter agros Decumanos siue Decumates, ut Tacitus habet, censitum fuisse credo, qui ut ad huc, inter syluas, feris abūdabat, ob id quoq̄ uenationi aptissimus erat. Ut uerò milites agrum illum publicæ Venationi deputatum ostenderent, Contubernio Venatorum, elogiū illud indiderūt, quod ita:

VENATIO DECVMANORVM  
AGRORVM.

legi potest, si Romanis solitæ illæ abbreviaturæ obseruatur, & X, numeralis littera coniungatur M & A transpositis, addita N quæ deperierat. Effecit siquidē temporis iniuria ut littera A inferiori ex parte exesa ita Δ appareret, quam pro O interpretari

B 3 præ-

DE STAT. LEG. III.

prætabantur qui legebant, accessit quod G ob affinitatem formæ, quam cum D habet, lectori imponeret & quæ sequebatur R litera superne tantum integra O magis quam R referret. Inflexionis autem gratia, ultimum O adiecisse authorem, nemo est qui neget. Est autem inter Venationis species, etiam aucupium, quod nostri *Beyszen* dicunt, deinde extremitates illas collium, ubi se in planicies extendunt *Horn* appellare solent. Et me hercle tumuli illi, quibus oppidum *Weysshorn* cingitur ad Danubij usque fluenta protenduntur, leniterque subsidunt. Præterea cum hinc inde nemoribus obducantur, à pluribus frequentari solent, qui quæstus aut delectationis causa, uarijs inuentis, auculis illis minoribus, aquatilibus quoque altilibus insidiantur. Nomen ergo à Venatione illa quam nostræ *Beyszen* siue ut prius dixeram *Beyzen* Statuis illis inditum esse Germanica interpretatione, penè affirmarè. Accedunt ipsa Comitatus & oppidi insignia, quæ buccinis tribus Venatorijs exornantur.

Sta

IN RHET. LIT. COM.

*Stablesianos Equites eo in loco, quo nunc Fayngen oppidum situm est, consedisse. Caput 7.*

**L**egionum inter membra etiam Equitatus fuit, qui in ordines atque discrimina distributus, Vexillationes habebat Comitatenfes, quarum unaquæque certum numerum aliquot centum equitum continebat. Hos inter Stablesiani Italiciani censebantur, qui Iuniores Baiennij, corrupte Fœbiani appellabantur. Seniores siquidem Augustanos uocabant. Iuniorum igitur societas uel Statio, meo equidem uidere, in illa specula collocata fuit, quæ adhuc Faiengen nomè retinet integrum: sed addita *Fing* uoce, atque elisis superfluis literis Fayngen siue Vaingen appellatur. Alterius sit ortus, quæ nonnulli de Bebenhusio hinc adducunt, in disputationem admittere, eiusmodi enim ea existimo esse, qualia plerumque hominum coniecturis effingi solent, cum monumentis ueterum destituantur, aut in bonorum authorum deprauata scripta incidunt.

B 4 Lie

DE STAT. LEG. III.

Lietzenheym uicum Leg. Ital. III. quintam fuisse  
Stationem. Caput. 8.

Venio ad Stationem illam quintam  
huius legionis Italicae III. quam in  
Littore Danubij locatam fuisse idem au-  
thor ostendit Eam autem, ubi iam uicum  
Lietzheym reperit confedisse, rudera illa  
quae extant inter uepres & senticeta ostē-  
dunt, nihil quoque dubito, si quis eo loci fo-  
dere uellet, plures laterum fictiliumque in-  
scriptiones erueret: cum monimēta mar-  
moribus incisa iam olim uel in calcem ab  
imperialibus. decocta, aut ab antiquarijs  
redempta & ablata sint. Me puero autē,  
non memini, an ipse uiderim, aut ab alijs  
audiuerim lateri inscriptum elogium, in-  
ter aradum ab agricola quodam erutum  
fuisse atque inuentum, in quo hae literae  
legi potuerint.

LEG. ITALICAE I. M.

Alia uice, nescio quē, inter occandum  
fragmentum lapidis offendisse, cui in-  
scriptum erat, quantum legi poterat.

L. ITALICIANAE... I. M.

Harum inscriptionum sensum elities  
quam

IN RHET. LIT. COM.

quamprimū tibi occurrit, Legionem  
hanc & Italicam, & Italicianam (forsan  
rebus iam inclinantibus) appellatā fuisse,  
in usu quoque Legionarios milites ha-  
buisse, lateribus suae legionis titulum in-  
scribere, deinde terrae infodere, ut in hu-  
manarum rerum uariatione, Stationum  
suarū memoria aliqua permaneret, eoque  
diuturnior, quanto minus fictilia illa con-  
sumi solēt. sed ad rem. Ex huiusmodi in-  
scriptionibus uicui nomē inditum claret,  
cuius uocabulum à maioribus sic conflatum  
puto. Cum Litalicianeim quam uocem  
literae illae coniunctae effingunt, pro-  
ferre minus possent (gaudet enim nostri  
uel monasyllabis) abiectis tribus literis  
A L I. aliquandū LITCIANAEIM dixerūt  
tandem corruptam uocem ad meliorem so-  
num redigunt & breuiorem, LITCAEIM  
enunciant, quoad literarum latinorū po-  
testas agnosci à nostris incōepit, tunc T C  
in Z cōmutatis, praefixo E & addita aspira-  
tione LIEZHAEIM prolatum est. Sic tan-  
dem Legionis Italicae III. uel Italicianae  
III. Milites, quam sententiam conficiunt

DE STAT. LEG. III.

fragmēta illa, duabus literis numeralibus  
deperditis: ut fieri solet, à Prouincialibus  
in nomen uici conuersa est, quæ Statuor-  
um prius erat inditiū. Fuisse autem in eo  
loco magnam hominum frequentiā con-  
uentumq; celebrem, illud ipsum arguit,  
quod ij qui ex Gentilium Statuis supe-  
rius à me recitatis, stemma deduxerūt Co-  
mites Tillingēses, lustrato templo, quod  
Mercurio ibidem sacrum fuerat, uestali-  
bus id ritē captis dicarunt. Eius uerō tem-  
pli mentio habetur, in lapide illo, qui Au-  
gustæ ad ædes D. Stephani uisitur, quas  
D. Vdalricus ut manibus fratris Theo-  
baldi parentaret construxit, atq; hunc in-  
ter alios lapides, ex Lietzheim transla-  
tos, muro inseruit cui hæc uerba insculpta  
legunt, licet multa ex eo perijisse uideant.

MERCVRIO

AVG. SACRVM

M. BASSINIVS

VITALIS

V S L M.

Ex Bassinij gente autem superesse a-  
pud Hochstatio, quos posteritas Beyssi-  
nios

IN RHET. LIT. COM.

nios ac gentilitia lingua detruncatis po-  
sterioribus syllabis *Beyssen* dixit nō ab-  
nuerim: nam ad nostra usq; tempora, or-  
dines honoratos, et Reip. grauissima mu-  
nia obtinuerunt apud Municipales suos,  
inter quos ipse Andreas auus meus ma-  
ternus, sanctæ memoriæ uir, Curatorem  
egit, quem Burgimagistrum iam uocāt,  
at hæc quàm pro re, iactantius dicta ui-  
dere possent.

*A. Veteranis Vitalijs, Leg. III. Italica uicium Vuiteslin-  
gen ortum esse. Cap. 9.*

**Q**UOD de Bassinio Vitali adduxi-  
mus elogium, id me rei quam fer-  
mè præterieram admonet, eius tamē, cu-  
ius obseruatio non indigna existimanda  
est: de Vitaliorū scilicet posteritate. Gen-  
tē etenim hanc, satis munerofam, in Ger-  
mania, siue huius Rhetia parte confedis-  
se, multæ inscriptiones ostendunt, quarū  
una, in urbe Augustana ad ædes  
D. Vdalrici, portæ Monas-  
terij inserta, ita  
legitur.

VITA

DE STAT. LEG. III.

VITALIUS VIGOR  
SIBI ET VITALIO  
VIRILI, FRATRI  
VIVOS FECIT.

Hunc autem lapidem ex uico *Witeslingen* Angustam deportatum affirmauerim, dubium enim mihi nullū est, ad dita terminatione *Jngen*, VITALIS IN GEN loco primū nomen fuisse: quod usus deinde, una litera I abiecta & transpositis & L in VITASLINGEN siue VITASLINGEN conuertit; hanc etenim literarum transpositionem frequentē Germanis, ipsum VLRICINomen declarat, quod apud multos VRLICH exprimitur. Verisimile quoque est Vitalios istos ueteranos, post exantlatam militiā honestā missionē accepisse, ac ubi iam uicus ille *Witeslingen* extat, sedes suas locasse, retinuisse quoque cultum Mercurij, quem in Statiuis Lietzheymē sib. didicerāt, quod adfirmare uidetur illud monumentum.

MERCURIO

Q. VITALIS

QVIN

IN RHET. LIT. COM.

QVINTIONIS FIL.  
V. S. L. M.

Extant uerò alia quaedam in uico ipso, quæ antiquitatem, atque memorandorum ædificiorum uestigia indicant.

*Contubernium nautarum. V. Stationis Leg. Italicæ III. extitisse, quo in loco uilla Al-  
tenstat. Cap. 10*

**A** Mnem habebāt Legionarij isti, qui sub quinto Præfecto Leg. III. Italicę censebantur, iuxta, aut certē haud procul à castris, quem ætas nostra Ferrēbach corruptē uocat. Torenbach enim dici deberet, à littoreis illis statuiis; nam ut de truncata prima syllaba Lit. non recenseatur, omiſſa est quoque syllaba finalis, us. LIT TOREVS quippe antea dictus fuit. Bach autē idem esse Germanis, quod Latinis torrens aut amnis, quā ut uerbis opus habeat, notius est. Is se in Danubiū euoluit, ad cuius exitum, quādoquidem Legionarij isti, transuersioni specierum se deputatos nouerant, contubernium nautarum & piscatorum exedificarunt. Hoc enim in loco, quā pro opinione Danubium

bium profundiorē, expansum, satis pisculentū compererant, ratiū quoque & amnicarum nauium patientissimū. Syluæ adiacentes magnam lignorū copiam suppeditabant, ex quibus classē amnicam instruere in procliu erat. Pontonibus igitur, speculatorijs ac cursorijs nauibus, cymbisq; & ratibus exedificatis, annonæ canonem excipiebant, transuehebant, atque in inferiores partes secundo fluuiō perferebāt: dabant quoq; operam piscationi. Diuturnitate deinde temporis accesserunt alia ædificia, paulo post foci firmati, sic pedetētim locus in municipij formam excreuit. Arridebat enim pratorum planities, glæbæ ubertas, ac solī fertilitas, quam felicissimam uiridaria illa, horti amoeni, deinde aquarum uiuentiū scaturigines summoperè cōmendabāt: extant adhuc rerum harum omnium non solum uestigia, sed uiuaria pisciū, quorum unū in auitis hortis me puero extabat, super sunt piscatorū habitatiōes frequētes, molæ frumentariæ & alia, quæ in superiori Statione amnica, ad Gundelsingē aut deerant

deerant, aut non ita luculenter haberi poterāt, Extāt Opimatis siue ad ministratiōis Parochi uestigiū apud uetustissimam illam D. Nicolai ædiculam: quotannis enim bis annona illa piscatoria publicè dispertitur sportulæ ac uiscerationis ueteris argumētum clarissimū. Municipium autem Romanum fuisse, idēq; spaciū omne, quod littoreum amnem, ac littoris tumulum septentrionalē interiacet, occupasse, uel puer interrogatus indicare poterit. nam omnibus uocat *die alte Stat* in quam deficiente maiestate Romana, Legionarij, qui in Statiuis Lietzheyman sibi, supererant, se receperūt, translatis secum sacris omnibus, uirginibusq; Deo dicatis.

*Prætorium siue præsidium littorale Leg. III. Italica, sub quinto eius Præfeto oppido Hochstat initium fecisse. Cap. 11.*

**P**Ræfeti prætorium, seu ut aliter dicam, huius quintæ Stationis Præsidium, in dextro littoris cornu, ad Flexū Danubiū, de quo nobis dictum est antea, ac ubi modo ponte trañcitur fluuius ille, consti-



constitutum fuisse ex eo liquet, quod postea ingruentibus bellis, qui amnicum illud contubernium incolebāt, cultissimis locis derelictis, ac benigniori solo comutato, in tumulum praesidio adiacentem se receperunt: cum ab oriēte horrendis precipitijs satis tutum locum uiderent: quapropter ad reliquas mundi plagas excitationis aggeribus, fossisq; amplissimis profundissimisq; munitissimū reddiderunt, unica porta, quæ iam cæca est atq; obstructa, tunc admīssa, quæ ad oriētem spectabat, atq; per cliuum ad traiectum deducebat. Statim quoq; combinato gentilitio Latinoq; uocabulo, municipio nomen indiderunt, *Hohstat*, ad discrimen eius ex quo abierant, quod superius *Altestat* appellatū fuisse indicauimus. At obiter annotandum uidetur. Vocabulū illud Stat à Romanis statiuis deriuatum esse, atque in usum Germanicę linguę receptū, nam ij, uoces suas plerunq; abbreviatas scribebāt, atq; pro *STATIVA*, siue *STATIONE* syllabam illam Stat. exsculpere solebant, quod ut assertionibus multis cōfirmetur

opus

opus non habet, pauca enim municipia reperies paucas urbes, quæ in *STAT.* designant quas nō contingat esse antiquissimas, Romanorumq; incolatu nobilitatas: sed de his aliàs. Cæterum à situ altiori syllabam *HOH* huic municipio, siue Statiuis illis, adiectam apertissimum est. Hic mihi genitale solū, ac quam nullibi libentius deponam, uitam ibidē uiuere incœpi. Patria est mea inquam hæc, cui me omnia debere fateor. Deus autem reliqua prouidebit.

*Barbaricorum numerum, Legioni III. Italica deputatum Insulā Berniciā nobilitasse. Caput 12.*

**N**umeros suos Legiones auxiliariæ habere incœperunt, inclinante iam Imperio. Erant autē Numeri (societates ut ita dicam) eorum militum qui Legionibus non inerant, suos tamen habebant Præfectos. Vocabantur etiā Numerarij, quod per omnes castrensium munerum numeros, ad summa euasissent. hos autem Ciceroni publicanos uocari

C credo,

DE STAT. LEG. III.

credo, qui pro Plancio his uerbis utitur:  
 Flos equitum Romanorum, ornamen-  
 tum ciuitatis, firmamentum populi, pu-  
 blicanorum ordine continetur. Hi suis  
 cognominibus distinguebantur, erant  
 quoque inter Palatinas uexillationes re-  
 censiti, ex ijs qui duci Rhetie adiuncti e-  
 rant, Barbaricarij uocabantur, quo co-  
 gnomine Argentarij prouinciales expri-  
 muntur. Horum fidei disciplina illa uete-  
 ri militari, iam olim extincta, publica pe-  
 cunia, credebatur, Vectigales agri loca-  
 bantur, portoria aliaque exactiones com-  
 mittebantur. Miles stipendia sua, preedas  
 atque preciosiora omnia apud eos depo-  
 nebat. Si uero in uicem nonnunquam  
 inopiam illam nummariam, qua Respu-  
 blica laborabat, sustentabant, exsolutis  
 meritis stipendijs, quae tardius ex sacra  
 largitione proferebantur. deposita, cre-  
 dita & permutata bona fide, securitate &  
 celeritate optata, ad Urbem, ac in eos lo-  
 cos, quo quisque sua destinasset, ut perfer-  
 rerentur magna industria procurabant.  
 tanta quoque ipsorum cura & sollicitudi-  
 ne

IN RHET. LIT. COM.

ne, & amicitias & clientelas, opesque ingen-  
 tes sibi parabant apud suos, apud extra-  
 neos nomen & famam, quae cum ad ho-  
 stes delaberentur, reddebat eos insidijs  
 opportuniores propter mercium & num-  
 morum copiam, quapropter in tutissima  
 illos loca, collocandos fuisse, nemo est qui  
 ambigat. Statua igitur Barbaricariorum  
 istorum, huic quidem Legioni deputato-  
 rum, in illa ipsa insula, quam Bernicus  
 amnis, ut hodie extat, fecerat, constituta  
 fuerunt: hoc quidem innuit Marianus co-  
 dex his uerbis.

PRÆFECTVS NUMERIBARBA-  
 RICARIORVM, CONFLVEN-  
 TIBVS, SIVE BRE-  
 CANTIAE.

Errorem corriges, si sublato C transpo-  
 sitam literam R, praeposueris E, postea  
 cum B magnam cum nostro VV affini-  
 nitatem sonus habeat, illa uox eundem  
 tibi fluuium indicabit, qui hodie Wernitz  
 dicitur, ac paulo infra insulam in Danu-  
 bium sese effundit, quod per CONFLVEN-

RES significari nemo nescit. Hominem uerò Scotum, lingue Latine studiosissimum, idiomatici nescientia decipit, quod particula illa *IVN*, subindicare uidetur. Cum enim dicat, siue Breccanitiæ, Bergen quoque nullam uix c. c. passus ab intulauilla abesse, atque in tumulto extare Vuernite imminenti uideamus, eius temporibus, *Bergwermitz* dici potuit, Portorium illic publicè institutum, atque nonnulles ex publicanis siue Barbaricarijs illis confeditis fidem facere potest, uectigal quod nostro hoc tempore ibidem soluitur. Nulla etenim difficultas erat, in tanta opum abundantia, quin ditiores loca opportunè occuparent firmarentq; artificio & praesidijs, curæ sita amœniora, uel ampliora ipsis uidebantur: imò maximo studio ipsos curauisse credendum est, ne hostib; qui non procul aberāt, aliquid sine penitione uectigali transmitteretur: uias igitur omnes & itinera obsidere necessum fuit. Similes origines habuisse credendum est, arcem illam uetustate & parricidio, firmitudine quoq;

quoq; celebratiss, cuius rudera adhuc in *Werd* trans Vuernitano extāt oppido, quod insulæ ponte iungitur. Inani etiam opum ostentatione, subterraneos illos aquæductos per plusquam *V. M. P.* in mōte tunc excauatos fuisse crediderim uisceribus montis, quem *Rosenberg* uocant, excisis, siue id factum fuerit in Insulanorum usum, qui fontanā aquam non habēt, siue ut potui gratiores deriuarentur fontes in oppidum, quod unā eamq; putealem aquam publicè bibit, ac ex puteo illo omnem haurit domesticæ culinæ limpham. Hos uerò cuniculos, siue formas illas aquarum, cum puer sub præceptore meo *CONRADO SYBENHAR* memoriæ sanctissimæ uiro, elementaliterarū addiscerem, pygmæorum nescio quorum, atq; *Wichelorum* habitatio-nes esse, uulgi fabula narrabat. In hac autem ciuitate, cum ingenij cultum primum hauserim, eidem, quicquid accessit, quod per exiguum sentio, me debere non illibenter fateor.

*Guntiensem transitum à militibus siue cohorte Vr  
sariensium inhabitatum fuisse. III.  
Legionis huius praefecto sub-  
ditis. Caput 13.*

**I**nfcriora Barbariciorū Statiua, quæ  
I ceu latus quoddam siue repagulū LE-  
GIONI huius, & Baiennia & Littoralia  
castra clausisse uidentur, nunc me admo-  
nuerunt, ut Statiuorum, quibus illa ex su-  
periore parte cingebantur, mentionem  
aliquam facerem, de Guntiensi scilicet il-  
lo Transito omnibus decantato, iuxta  
hunc Vrsarienses milites, quorum cohor-  
tem unam Comitatenſia illa auxilia sub-  
mittebant, confedisse ipse Marianus  
testatur. Annis Guntia, qui in Danubiū  
ruit, cæteraq; eius loci monumenta præ-  
clara, efficiunt, ut minus de situ ipsorum  
incerti simus, nec nomenclatura in ulla  
litera corrupta extitit, sed à præsidio ap-  
pellatione adiecta, quod ibidem erectū  
erat, atque *Burg*, ut cæteræ Germanorū  
arces uocabantur *GVNTSBVRG* siue  
*GVNTZBURG* nomen retinuit. Hæc  
de quarta & quinta Legionis ITALICAE  
III. Sta-

III. Stationibus, earumq; appendicibus  
quibus Rhetiaë limites Littoralis defen-  
debantur, dicta sufficiant, quæ ita inter-  
pretentur cupio, magis ea ad excitanda  
hominum studiosorum ingenia scripta  
esse, quam ut ulli detractum aut præscri-  
ptū ijs aliquid uelim. Alterius autem ne-  
gotij est de primaria, secundaria ac tertia  
quæ supersunt, huius Legionis Stationi-  
bus disputare, quod quidē tum fiet, cū  
ipse Transdanubianū illum tractum pe-  
ragrauero, siue per amicos, & uiros do-  
ctos explorata & perspecta mihi commu-  
nicabuntur. Supersunt quoq; multa de  
Legionibus. VIIII. & XXII. in mediter-  
ranea Rhetia olim constitutis, quæ om-  
nia, ut rimatiora quàm cætera, in Com-  
mentarios nostros Efflorescentis Germa-  
niæ cōferantur, præcipua causa est, quod  
Gentilibus Francorum Palatinorum no-  
bilis. cum ijs quæ ditioni eorum parent,  
fermè uniuerſa subiecta olim fuerint.  
Hunc autem certè quadriduanum meum  
laborem, studijsq; meis interuersum, etſi  
satisfacere nonnullis non posse, scian-

tamen quæ obseruauit non omnino uana, nec inania ubiq; existimo, atque eiusmodi esse, ut origines ostendant earum rerum, quæ ut diligentissimæ discutiantur dignæ sunt. Permultum referat licet, sciuisse quod Comites Dillingenses in *Saingen*, *Witeslingen*, *Lierzheim*, *Hohstat*, & *Werd* res administrauerint sub anno CHRISTI DCCXL. Pulchrum sit quoq; agnoscere Feningenses Comites, *Guntzburgio* præfuisse, uixisseq; eorum aliquos anno M. C. XX, quæ omnia in *Archiujs* sacrarum ædium *Wedingen*, *Arhusen*, *Witeslingen*, *Neresheim*, *Altenstat* & *Echenbrun* si non fallor, asseruantur & exprimentur. Quam fortiter fecerit *Vuernherus* ille de *Hohstat* in *Syria*, Anno M. C. L. memoriæ certè & gloriæ plenum est. Dulce admodum quoq; sciuisse, quod *Viricus* ille *Gundelfingen* sis anno M. CC. claruerit, quis uerò arctissimis auribus non exciperet, *Laugingam* uno eodemq; tempore, uirum cuius doctrinam totus orbis admiratur *Albertum illum Magnū*, foeminam denique *Gy-*

*Gyselam* protulisse, quæ totius continentis testimonio *Venerè* ipsam representaret: *Sibyllamq;* XI. (Deo repleta) aut *Auriniam*, *Velledam* *Cambram*, ueteres *Druidas* æmuleret uaticinijs: ne dicam de equo, *Alexandri* & *Cæsaris* *butcephalis* longè anteferrando. Inciderunt hæc in annum M C C. L. & circa. Quæ omnia quanquam illustria, si quis in promptu habeat, origines autem ueras & certas ignorauerit, rerum pulcherrimarum, notitia carebit, æquè ac si ea quæ in seculis temporibus gesta sunt, ijsdem in locis nescierit. quapropter scriptori historiarum, que maximè in daganda sint, illa censeo.

IN RHET. LIT. COM.

Quæ de Originibus rerum certiora inquiri possunt.

Antiquitates, locorum situs, monimenta, sedes maiorum,

Quo tēpore quæq; aut ampliata, aut destructa.

Quorum administrationi, quibus legibus subiecta fuerint,

Quibus artibus, institutis, homines excellentes quæq; regio protulerit.

Tempora quibus pace floruerint, aut bellicis sint afflictæ res.

Sacris, persuasionibus, moribus quibus quoq; tēpore usi atq; præditi incolæ.

Quæ loca celebriora extent.

His omnibus lucem maximam adferre regionum & traiectum diligentem & accuratam picturam.

DISPOSITIONEM HANC MARIANE una aut altera pagina uacaret, adiectum: cum illa ipsa, de Rhetia scribendi nobis ansam dederit.

SUBDISPOSITIONE VIRI SPECTABILIS Ducis Prouinciæ Rheticæ Primæ & Secundæ.

**E**quites Stableisiani seniores Augustanis. **EQVITES** Stableisiani iuniores Ponteoeni nunc Febianis. **EQVITES** Stableisiani iuniores Submontorio. **PRAEFECTVS** Legionis tertiæ Italicæ partis superioris castra regina nunc Valato. **PRAEFECTVS** Legionis tertiæ Italicæ partis superioris deputatæ Ripæ primæ Submontorio. **PRAEFECTVS** Legionis tertiæ Italicæ pro parte media prætendentis à Vimaniam Casiliacum usque Cambiduno. **PRAEFECTVS** militū Vrsariensium Guntia. **PRAEFECTVS** Legionis tertiæ Italicæ transfectioni specierum deputatæ Foetibus. **PRAEFECTVS** Legionis tertiæ Italicæ transfectioni specierum depu

DISPOS. MARIANI.

deputatæ Teriolis. PRAEFECTVS Alæ  
primæ Flauiae Retorū Quintanis. TRI-  
BVNVS cohortis Nouæ Batauorum Ba-  
tauis. TRIB. cohortis tertiæ brittorū A-  
busina. PRAEFECTVS. Alæ secundæ  
Valerię Singularis Vallato. TRIBVNVS  
cohortis sextæ Valerię retorum Vena-  
xamodoro. TRIBVNVS cohortis pri-  
mæ Herculeæ Rhetorum Parroduno.  
TRIBVNVS cohortis quintæ Valerię  
Frigum Pinianis. TRIBVNVS cohortis  
tertiæ Herculeæ Pannoniorum Cælio.  
TRIBVNVS Gentis per Retias deputa-  
tæ Teriolis. PRAEFECTVS Numeri Bar-  
bariciorum Confluentibus siue Breca-  
nitia. PRAEFECTVS alæ Secundæ Va-  
lerię Sequanorum Vimania. TRIBVNVS  
cohortis Herculeæ Pannoniorum Ar-  
bore.

OFFICIUM autem habet idem uir spe-  
ctabilis Dux hoc modo.

PRINCIPEM ex officijs Magistrorum  
militum præsentium alternis annis.  
Numerarios duos ex utrisque officijs  
præsentibus singulos. Commentarien-  
sem

IN RHET. LIT. COM.

sem ex utrisque officijs alternis annis  
Adiutorem. Subadiuuam. Rege-  
rendarium. Exceptores. Sin-  
gulares & reliquos Of-  
ficiales.

